



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 112. Archieipiscopus novis molitionibus abstinere a Cæsare jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

„mus, hoc immerito ac sine ratione Sæc. XVII.  
„postulari videtur. Hospitali Philippico A.C. 1646.  
„ac fidei commisso Soteriano nihil ne-  
„que affecimus, neque derogatum vo-  
„lumus, quod quidem æquitate nita-  
„tur. De Condæi filio diversorum nun-  
„tiorum, publicis etiam literis tam  
„Gallicis, quam Italicis & Germanicis  
„vulgatorum fama advertit animum,  
„quem cogitatio de Richelio ad Spi-  
„rensem Episcopatum traducendo quon-  
„dam suscepit jure confirmavit; spera-  
„mus tamen se, æquiorem nobis, Ger-  
„manæque Nobilitati futurum Princi-  
„pem, quam ut annulum tam pretio-  
„sum extero homini consignet; nos e-  
„nim Galliarum Principes neque hostes  
„cupimus, neque nimium familiares.,,

§. CXII.

*Archiepiscopus novis molitionibus ab-  
stinere, a Cæsare jussus.*

Verum Elector ad hasce Capituli sui  
rationes flecti nescius nequidem  
Cæsaris mandato morem gerere statuit,  
afferens, se cum Cæsare tanquam laico  
paœta iniisse, huic autem in foro Eccle-  
siastico nullum esse jus sibi leges præ-  
scribendi: Hortabatur illum adhuc Im-  
perator, ut a novis hisce molitionibus  
abstineret, hanc in rem datis ad eum  
die

Sæc. XVII. die vigesima nona Maij Lintzio hisce  
A.C. 1646. literis: *Speravimus Dilectionem tuam*  
*modo a nobis præscripto, in structura illa*  
*cessaturam fuisse, donec informationem*  
*suam ratione obligationis Gallicæ nobis*  
*transmisisset, nostramque resolutionem Cæ-*  
*saream desuper accepisset. Evidem diversis*  
*ex locis, atque a fide dignis nobis refer-*  
*tur, quod Dilectio tua in urbe Trevirensi*  
*arcem cum destructione plurium insignium*  
*domorum & ædificiorum impensis Gallicis*  
*inciperit, & in hunc usque diem continua-*  
*verit, imo jam Commissarium Gallicum*  
*Treviris adesse, qui solvendis impositi præ-*  
*sidii stipendiis publice præpositus sit. Ver-*  
*rum Dilectio tua facile ipsa judicabit, quod*  
*hæc eis, quæ S. Imperii Constitutiones, &*  
*præcipue a principali ejus Electore requi-*  
*runt, quodque inter Nos & Dilectionem*  
*tuam initus tractatus continet, nequaquam*  
*consentanea sint; adeoque Dilectionem tuam*  
*de his omnibus admonere voluimus, distille-*  
*mandantes, ut a structura illa continuo*  
*cesset, ab ulterioribus Gallorum solutioni-*  
*bus sive stipendiis plane desistat, eaque præ-*  
*flet, & opere ipso compleat, quæ fidem*  
*& obedientem Electorem Imperii, vi jura-*  
*menti a Dilectione tua præstiti, decent, &c.*

§. CXIII.